HENRICVS

SYBOLD ARTIS MEDICAE PROFESSOR, Lectori S.

REceptum eſt uſu, ac propemodum ſolenne Medicis, Lector amice, ualetudinē humani corporis, iudicio, & ſignis uenari, quod illa corporis habitum, & κρᾶσιν fere repræſentet, ac plerunq; uel præſentis morbi indicatrix, uel futuri nuntia deprehenditur. Vrinæ porro ſubſtantiam, aduenticias paſſiones, & ſignificationes, Georgius ille Valla honeſtarum diſciplinarum ornamentum non adumbrauit modo, ſed quaſi penicillo ſuis (ut aiunt) coloribus faberrime expreſſit, nō ſecus atq; Zeuſis Iunonē Agrigentinis picturus, omnibus uirginibus inſpectis, quinq; liberalioris formę elegit, ex q̄bus quod erat in unaquaq; p̄cipuū emulabatur. Ita Valla noſter ἐπιτομὴν de urinis conſcripturus, diuerſis Medicinæ autoribus prius perluſtratis, quod erat ubiq; optimum, & huic rei maxime appoſitum,

imitatus eſt, adeo fœliciter, ut ſpes ſit, ęquū Lectorem in hoc argumenti genere nihil præterea deſyderaturū, id nobis ſane ita uiſum eſt, ſed ſuum cuiq; eſto iudicium, id unum eſt noſtri inſtituti ſumma, ut ſtudioſis Medicinæ hac noſtra qualicunq; opera gratifice mur, quā ſperamus illis neutiq; fore infrugife ram, nam præ ter orōnis mun diciem, capiet hic Le ctor utilitatem, breuitate iu cundā. Et ſi qua eſt alia, paruis rebus con iuncta gratia.

Vale.

∴